

Canaan reducturus sit, & opiparo admodum convivio excepturus, quod instruendum sit ex tauro sylvestri horrendæ magnitudinis, בהמות. שור הבר; [qui quotidie mille montes depascit] ex ceto לויתן; ex ave יוכנה בר tosta & affata; [cujus tantam dicunt esse magnitudinem, ut, quando alas suas pandit, orbem solis tegat, & ut ovo ejus è nido aliquando delapso, trecentæ cedri proceræ fuerint prostratæ, & 60. pagi inundati] & ex vino veteri præstantissimo. [quod in ipso Paradiso crevit, & in cella Adami in illud usque tempus asservatur.] (e) Sed hæmeræ nugæ sunt eorum, qui, quod vigilantes volunt, somniant. Mihi omnino mecumque aliis rectius quid ex Scripturis constabit, si dicta eâ de re agentia consideraverimus: Singula vero jam excutere longius foret, quam ut disputatione tali, qualem quidem ego jam suscipio, absolvi possit. Unicum ergo hac vice locum Hof. III. v. 4. 5. in disputatione hac pertractandum sumsi. Quem ipsum, ut eò certior & fides & cognitio nostra sit, & quis, cui quidem miserorum illorum salus curæ est, εἰς τὸ ἠσπυζαλαῖσαι αὐτῶς (f) incitetur, quantum quidem DEUS concesserit opis, ita excutiendum mihi proposui, ut post debitam Εξήγησιν, πια συζητήσῃ has tres quæstiones considerem.

e) Uberius convivium hoc ex Judd. scriptis describunt Bux. Synag. Jud. ca. 36. p. 455. seq. Hulf. Theol. Jud. Lib. I. part. 1. p. 229. seq. Hoornbeck. d. I. lib. VIII. c. 1. p. 536. & alii.

f) Rom. XI, 12

I. Utrum in loco hoc agatur de Judæorum corporali in terram Canaan reversione, an vero de reversione spirituali ad Ecclesiam Christi, seu conversione?

II. An Conversio, quæ hic predicatur, jam facta sit?

III. An etiamnum, & quando futura sit?

TEXTUS AUTHENTICUS.

Hof. III. v. 4. 5.

כִּי יָמִים רַבִּים יֵשְׁבוּ בְנֵי יִשְׂרָאֵל אֵין מֶלֶךְ וְאֵין שָׂדֶה וְאֵין זֶבֶח וְאֵין מִצְבָּה וְאֵין אֶפֶס וְתַרְפִּים : אַחֲרַי יֵשְׁבוּ בְנֵי יִשְׂרָאֵל וּבִקְשׁוּ אֶת־יְהוָה אֱלֹהֵיהֶם וְאֵת דָּוִד מֶלֶכְהֶם וּפָחַדוּ אֶל־יְהוָה וְאֵל - טוֹבֵן בְּאַחֲרֵית הַיָּמִים :